

**Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivis Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XVI. De matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

ohabitare, & operam carnali copulae dare  
abentur: quo tempore peracto, si de impos-  
tentia coeundi per ipsorum conjugum & se-  
tem propinquorum juramentum constet,  
matrimonium solvitur. c. 5. & c. ult.

XVI. De matrimonio contractio contra  
interdictum Ecclesie.

Undecimum vitium est, si contra Eccle-  
siæ seu judicis Ecclesiastici interdictum  
nuptiæ celebratæ sint. Hoc casu matrimo-  
nium, quamvis recte contractum non sit, ta-  
men, nisi justa diremptionis causa subsit, non  
erit imputatum, sed inobedientibus pœnitentia im-  
ponitur. Finge, cum quidam dicerentur esse  
cognati in gradu prohibito, judicem vetuisse  
ne nuptiis jungerentur, donec de cognationis  
impedimento cognitum & pronunciatum  
esset: hos tamen contra dictam prohibitio-  
nem nuptias celebrasse: certe sive sint, sive  
non sint in gradu prohibito cognati, pœni-  
tentiam subibunt: matrimonium vero ita  
debet dissolvetur, si cognati in gradu pro-  
hibito deprehendantur. cap. 1. & 2. Perpur-  
gata est prima de matrimonio quæstio an  
valeat.

XVII. Qui filii sint legitimi.

Sequitur secunda quæstio, qui sint matri-  
monii effectus. §. Primus effectus est,  
quod

2 quod filii sunt legitimi. §. Nota primo, nasci vel ante matrimonium, vel stante matrimonio, vel post illud dissolutum, casu non nascuntur legitimi, sed legitimatur per subsequens matrimonium, do eo tempore, quo procreati sunt, inter eorum parentes celebrari potuisse. & C. de natural. lib. I. cum quis, seq. & Inst. eod. §. ult. Secundo casu sunt, etiamsi matrimonium sit clandestinum, dummodo postea sit ab Ecclesia approbatum. cap. quod nobis. 9. Idem dicendum, si matrimonium jure non valeat, dummodo a tro conjuge impedimentum ignorante tractum sit in facie Ecclesiarum. c. perv. & c. pen. Idem dicendum, si liberi sacerdotes sint ex parentibus infidelibus, qui commununt in gradu suis legibus permisso, legem Canonica prohibito. c. ult. Tertio ita demum sunt legitimi, si concepti sunt a pore matrimonii. c. 2. §. Nota secunda esse legitimacionum genera, videlicet per subsequens matrimonium, per oblationem, & per rescriptum principis: quae in Analysis Inst. ad §. ult. de nuptiis.

*XIX. Qui matrimonium accusare posse  
vel contra illud testificari.*

**S**ecundus effectus est, quod conjuges habitare, & alter alteri matrimoniale